

num, quo finem intendit, mediaque subinde ad eundem conductentia felicit: alterum, quo, semel præstituto fine, selectique mediis opportunitis, eorumdem executionem imperat. Primum intentionis decretum Scholæ proceres vocant, quo finem sibi ante præstiruit, quam media felicit: hoc est, ante conferenda gloria confundiunt, quam auxilia meritaque largiri velit, quies electi gloriam consequuntur: illudque per omnia gratutum statuant, merita omnia ex gratia oritura anteverentes. Alterum executionis, & imperii decretum appellant, quo ex ipsa aternitate decrevit, id se operatum in tempore, ut prædestinati bene agant, & præstitutum finem per pieratis opera fortiantur: hocque meritis ex Dei gratia sobolefentibus superstrutur. Patres itaque de hoc ultimo executionis, & imperii decreto locutus dicit, ut illos Augustino, in hoc etiam scholaram divisorio, conciliis. Si quæ tamen habet iis veterum sententiis expoundis aptiora, iis utere; & hac nostra, qualcumque fint, æqui, bonique confuse ferme sexcenta adjungere prouum esset.

Altera plerique Patrum familiaris loquuntur: quam Augustino exitialen Launois existimat, illa est, qua Deus, nulla personarum ratione habita, omnibus universum, atque ex æquo propiscere, favere, consulere dicuntur, paremque in omne beneficium exercere. Et hic quoque ferardi Censorius eruditio commandanda, hæc ipsa Augustino objiciens, quæ illi cum reliquis communia sunt. *Eavaratio in Psalmum 45. ea Propheta verba: Deus in medio ejus non connoventur, hac brevi commentatore illustrat: Quid ergo est Deus in medio ejus? Hoc significat, quod æquus est omnibus Deus, & personas non accipit. Quomodo enim illud, quod in medio est, parva habet sparsa ad omnes fines: ita Deus medius est dicitur, æquiter omnibus consulens. Quia itaque forte, quæ legi, qui relecti in Augustino sensum acipiunt, non rectam itidem in ceteris intelligentiam acciperent? Quadruplicis itaque generis beneficia scito, quibus conferendis Deus, omni personarum delectu posthabito, æquam in omnes munificientiam exercet. Primo, quæ ad natura ordinum attinent: de quibus Matthei 5. v. 45. Ut sitis filii Patris vestri . . . qui solem suum oriri facit super bonos, & malos, & pluit super justos, & injūios. *Aetorum 17. v. 25. Dat omnibus vitam, & inspirationem, & omnia . . . Definiens statuta temporis, & terminos habitationis eorum. Sapientia 6. v. 8. Non subtrahet personam cuiusquam Deus, nec verebitur magnitudinem cuiusquam: quoniam pulsillum, & magnum ipse fecit, & equaliter cura est illi de omnibus. Secundo, exterior ad fidem, & legem Evangelicam vocatio: de qua Matthei 28. v. 19. Euntes docete omnes gentes, & Marci 16. v. 15. Euntes in mundum universum predicate Evangelium omni creature. Tertio, communio Sacramentorum, & in Ecclesiis cooptatio uniuersitudo exhibita, atque sexus, ætatis, ac generis discrectione. *Aetorum 10. v. 34. In veritate compri, quia non est personarum acceptor Deus; sed in omni genere, qui timet cum . . . acceptus est illi. Quarto, premii retributio, unicuique ex æquo, pro meritorum ratione, facienda, nullo personarum delecula habito: Prima Petri cap. 1. v. 17. Sine acceptatione personarum judicat, secundum uniuscujusque opus. Ad Romanos 10. v. 12. Non est distinctio Iudei, & Greci: nam idem Dominus omnia, Augustino contumeliosum.***

NON negligendum est hoc malum, quod ab occulis, parvisque feminis augetur quotidie, & ab ortu suo latius, longiusque distenditur: sed studendum est, in quantum Dominus adjuvat, ut fallaciam calumniorum hypocritis detegatur, qui ex ipsa injuria magnitudine, quam in uno (AUGUSTINO) cunctis, ac precipue Apostolica Sedis Pontificibus intulerunt, ab inobscinis, & parum causis excellentioris scientia judicatur, & misero, perversoque successu faciliter mendacio consensum eliciunt, quia reverentiam sibi presumptione pepererunt.

Sanctus Prosper in Prolusione Operis contra Collatorem.

D. E-

DECRETUM

Illustrissimi, ac Reverendissimi D.

CAROLI MAURITII LE TELLIER

ARCHIEPISCOPI REMENSIS

Adversus Launoji Traditionem de Prædestinatione, & Gratia e Gallico in Latinum translatum.

CAROLUS MAURITIUS LE TELLIER, gratia Dei Archiepiscopus, Dux Remensis, Primus Par Francæ, Ordinis sancti Spiritus Commendator, Provisor Sorbonæ &c. Clero Saculari, & Regulari nostra Dicecisi,

SALUTEM, ET BENEDICTIONEM. Pro pastorali nostro conservandi fidei depositi munere, die decima quinta Julii, anni millesimi sexcentesimi nonagesimi septimi, Decretum promulgavimus in modum Institutionis pastoralis de Prædestinatione, & Gratia, ad hujuscemodi Theologicam Facultatem directæ. Nobismetipps pollicebamur, fore ut posthac nulla tractandi ejusdem argumenti necessitas esset: at si res non finit Libellus Leodii anno millesimo septingentesimo secundo, sine privilegio, & approbatione, typis editus cum hoc titulo: *Vera Ecclesiæ Traditione de Prædestinatione, & Gratia*. Expedire verbis, & eloqui non possumus, quamjusto, & acerbo dolore nos affecterit Libellus iste nuper ubique disseminatus. Doctoris Launoji facti functi illum esse nemo unquam nobis persuaserit, cum in eo firmissima pietatis, ac religionis principia labefactentur. Verum an perperam ejus nomine inscripta prodierit, omittimus inquirere: hoc unum statuimus, tum autem libri, quisquis ille sit, tum qui modo eum in lucem edidit, gravissimi delicti, maximaque apud fidèles offendit. *Non minus a vero aberat, dum contra germanum Scripturam sensum affirmat, (Pag. 51.) Judæam, tametsi esset e numero electorum, seu eorum, quos Iesu Christo Pater aeternus dederat, nihil scimus periisse. Ut error reprehendatur, sat erit locum Evangelii secundum Joannem capite 17. vers. 12. quo abutitur, cum alius ejusdem Evangelii locis conferte. Hoc est voluntas, inquit, ejus, qui misit me, Patris, ut omnia, quod dedit mibi, non perdam ex eo, sed reficiem illud in novissimo die. Joann. 6. versu 39. Quos dedisti mibi, non perdidisti ex eis quicquam. Ibidem capite 18. v. 9.*

Ut novæ opinioni sua fidem conciliet, Scripturam tunare non dubitat. Sic post allata divi Pauli verba: (Pag. 10.) *vestram salutem operamini, sequientia verba, ut sibi aperte contraria, silentio prætermittit: cum metu, & tremore, inquit Apollotus, vestram salutem operamini; Deus est enim, qui operatur in vobis, & velle, & perficere pro bona voluntate. Philip 2. versu 12. 13. Neque inconsolabile hoc omisit, qui erroribus, quos deinceps diu Augustino (Pag. 25.) tribuit, hunc ipsum annumerat, Deum videlicet esse, qui operatur in nobis, & velle, & agere.*

Non melius Traditionem, alterum doctrina catholicæ canalem, quam ipsam Scripturam, traxit. Jam ab ipsa præstatione duplum esse de Prædestinatione, & Gratia opinionem supponit, alteram veram, & orthodoxam; alteram, quæ est Augustini, falsam, & erroneam. Observandum autem, opinionem, quam ut veram, & orthodoxam venditat; illam ipsam esse, quam oppugnat sanctus Augustinus; eam vero, quam ut falsam, & erroneam natat, illorum esse, quos Ecclesia inter celeberrimos Gratia Christi hostes quinto, & sexto saeculo, (Arminianos.) tum recentiores hæc nostra atate suo exemplo præverunt.

Nobis quidem minime propositum est tenebri-cofi operis aberrations fuse prosequi, aut duo supra allata doctrinæ capita a temeraris oppugnationibus multiplici argumento vindicare: id quippe jam fairis superiori Decreto anni 1697. præstissimum. Præcipuus tantum infelicitus Autoris errores, in quos caca cum obscurandæ veritatis

Serry Tom. V.

P P plus

plus annis permanere, nec hucusque agnitus errorum. Quis non indigne ferat ab hoc temerario Scriptore auctoritatem Traditionis everti, dum effudit, per mille, & ducentos annos cuilibet errorem in hac materia sequi licuisse?

Ibidem affirmat, (Pag. 4.) sancti Papie de novo Christi post resurrectionem in terris regno opinionem, in Ecclesia per trecentos sere annos, antequam ejus falsitas disprobabatur, perseverasse; atque adeo tametsi hereticam, babuissim autem, & approbatorem, sanctissimos quoque, & doctissimos Christiani orbis viros. Hos inter sanctos, & eruditos viros facile recensuerunt Justinianus, qui quidem Dialogo cum Tryphonie declarat se, cum aliis pluribus, Millenariorum opinionem sequi. sed non sine mala fide dissimilat sanctum Martorem eodem loco testari, complures pura, ac religiosa Christianorum doctrine viros in alia esse sententias. Dialog. cum Tryphonie pag. 306. Editionis anni 1636.

Pergit eadem temeritate dicere, (Pag. 5.) innumeros homines etiam sanctitatem, ac martyrio insigne, Originis errores secutori fuisse; ut omittam, inquit, Alii dogma, quod orbis universus impudens fuisse. An Traditionem debito honore contamen, si rem attendas, evidentes, ac necessarias esse compreses. Supponendum quippe, Ecclesiam fibi conscientiam esse, semperque fuisse, folius esse Dei dare, quod ab eo postulat, cum aliquo ei preces ad imperandum nequaquam adhiberet. Quid ergo ab eo postulat, & quid nos cum illa postulamus? Nempe, ut infidelibus donetur fides, ut idololatria ab impietatis sua liberentur erroribus, ut Iudeis, ablatio cordis velamine, lux veritatis appareat, ut heretici Catholicae fidei perceptione respescant, ut Schismati spiritum reditorum caritatis accipiant, ut nominem velle se sequi, si forte in quibusdam eum errasse perspexerit. Hac verba sumpsit Auctor ex Libro sancti Augustini de dono perseverantie capitulo. num. 55. ubi sic habet: Quanvis nomen meum sic amplecti omnia mea, ut me sequatur, nisi in iis, in quibus me non errasse perspexerit. Cur vero sequentia statim verba non attulit? Nimirum quia ex iis patebat sanctum Augustinum, dum praecellens opus de dono perseverantie elucubraret, libros etiam Retractionum fecisse. Quis enim anquam in mentem inducat, illum ultimo virte tempore, superiores Libros retractantem, in hoc posteriore aliqua imprudente posuisse, qua corrigi veller? Laudanda certe sancti Doctoris tam demissae hic de se loquentis modestia; sed & ratione proflus alienum est, his eum verbis Prædestinationis doctrinam significare voluisse. Quantum id ab eis mente absbet, demonstrant hæc ultima ejusdem capituli verba: Nimirum igitur contentio est prædestinationi contradicere, vel de prædestinatione dubitare. Eodem cap. num. 56. Quibus subiungit capite 23. num. 65. Ac per hoc prædestinationis biujus fidem, que contra novos hereticos nova sollicitudine nunc defenditur, nunquam Ecclesia Christi non habuit. Hæc non attendit Libelli scriptor, neque etiam legit, quæ eodem Libro Augustinus tam affirmerat: Hoc scio, neminem contra istam prædestinationem, quam secundum Scripturas sanctas defendimus, nisi errando, disputare potuisse. cap. 19. num. 48. Hic aperte, vel incertus, vel malæ fidei esse convincitur Auctor Libelli.

Idem animadvertis, quam firma, & valida sit ad fidem prædestinationis, & gratiae stabilendam, probatio, quam Augustinus ab orationibus Ecclesie defumit de dono perseverantie cap. 23. num. 65. hanc conatur eludere, opposita ei Traditione. En eius verba: (Pag. 63.) Fallitur idem Sanctus, dum ait opinionem suam perpetuam esse fidem Ecclesie, eo quod semper Ecclesia filii, suis fidem,

aliasque virtutes Christianas a Deo postularit. Neque enim, inquit, biujusmodi consequentis fidem Ecclesie dijudicare debuit, aut probare eam semper, quod ipse docebat, tenuisse; Sed id ex Traditione demonsthandum erat.

Itaque aperte negat orationes Ecclesie ad demonstrandam ejus fidem quicquam conferre. Alia fuit sententia Sedis Apostolicae in probatissimis Capitulo Epistola sancti Coelestini ad Episcopos Gallie de prædestinatione, & gratia, adjunctis. Opera premium est ipsa octava Capituli verba hic exscribere: Præter eas autem beatissime, & Apostolicae Sedis inviolabiles sanctiones, quibus nos p̄missione Patres, peccato novitatis elatione dejecta, & bone voluntatis exordia, & incrementa probabilium studiorum, & in eis usque in finem perseverantiam, ad Christi gratiam referre docuerunt, observationum quoque sacerdotalium Sacraenta respiciamus, que ab Apostolis tradita, in toto mundo, atque in omni Ecclesia Catholica uniformiter celebrantur, ut legem credendi lex statuat supplicandi. (Apud Labb. Tom. 3. pag. 475.)

Si Scriptorem audias, consequenter, quas Augustinus ab orationibus Ecclesie ad probandum gratiam insert, procul petitam sunt, & obscuram attamen, si rem attendas, evidentes, ac necessarias esse compreses. Supponendum quippe, Ecclesiam fibi conscientiam esse, semperque fuisse, folius esse Dei dare, quod ab eo postulat, cum aliquo ei preces ad imperandum nequaquam adhiberet. Quid ergo ab eo postulat, & quid nos cum illa postulamus? Nempe, ut infidelibus donetur fides, ut idololatria ab impietatis sua liberentur erroribus, ut Iudeis, ablatio cordis velamine, lux veritatis appareat, ut heretici Catholicae fidei perceptione respescant, ut Schismati spiritum reditorum caritatis accipiant, ut nominem velle se sequi, si forte in quibusdam eum errasse perspexerit. Hac verba sumpsit Auctor ex Libro sancti Augustini de dono perseverantie capitulo. num. 55. ubi sic habet: Quanvis nomen meum sic amplecti omnia mea, ut me sequatur, nisi in iis, in quibus me non errasse perspexerit. Cur vero sequentia statim verba non attulit? Nimirum quia ex iis patebat sanctum Augustinum, dum praecellens opus de dono perseverantie elucubraret, libros etiam Retractionum fecisse. Quis enim anquam in mentem inducat, illum ultimo virte tempore, superiores Libros retractantem, in hoc posteriore aliqua imprudente posuisse, qua corrigi veller? Laudanda certe sancti Doctoris tam demissae hic de se loquentis modestia; sed & ratione proflus alienum est, his eum verbis Prædestinationis doctrinam significare voluisse. Quantum id ab eis mente absbet, demonstrant hæc ultima ejusdem capituli verba: Nimirum igitur contentio est prædestinationi contradicere, vel de prædestinatione dubitare. Eodem cap. num. 56. Quibus subiungit capite 23. num. 65. Ac per hoc prædestinationis biujus fidem, que contra novos hereticos nova sollicitudine nunc defenditur, nunquam Ecclesia Christi non habuit. Hæc non attendit Libelli scriptor, neque etiam legit, quæ eodem Libro Augustinus tam affirmerat: Hoc scio, neminem contra istam prædestinationem, quam secundum Scripturas sanctas defendimus, nisi errando, disputare potuisse. cap. 19. num. 48. Hic aperte, vel incertus, vel malæ fidei esse convincitur Auctor Libelli.

Idem animadvertis, quam firma, & valida sit ad fidem prædestinationis, & gratiae stabilendam, probatio, quam Augustinus ab orationibus Ecclesie defumit de dono perseverantie cap. 23. num. 65. hanc conatur eludere, opposita ei Traditione. En eius verba: (Pag. 63.) Fallitur idem Sanctus, dum ait opinionem suam perpetuam esse fidem Ecclesie, eo quod semper Ecclesia filii, suis fidem,

his

his comprobare suam de gratia doctrinam, perpetuam esse fidem Ecclesie: Sicut in his orationibus, inquit, ita, & in hac fide nata est, & crescit, & crevit Ecclesia. Lib. de dono persever. cap. 23. num. 63.

Nom minus errat Auctor Libelli, cum intererraneas Augustini, ad novam suam opinionem fulciam, propositiones, hanc reponit. (Pag. 24.) Deus vitam dans aeternam, propria solum domum sua coronat.

Si verbis istis significat, Augustini doctrinam esse, quod Deus electis vitam aeternam largiendo nihil ad eorum meritum, sed ad sua tantum dona attendat, illum calumniat. Id enim sanctus Doctor in suis libris tanquam fidei contrarium confutavit, & Concilium Tridentinum Sess. 6. Can. 32. damnavit. Non debuit Auctor ignorare, totam Augustini de gratia doctrinam huc tendere, ut intelligamus: Deum, Dum coronat merita nostra, nihil aliud coronare nisi merita sua . . . quia eadem merita, quibus corona redditus, non a nobis parata sunt per nostram sufficientiam, sed a nobis facta per gratiam. Epist. ad Sicutum 194. cap. 5. num. 19. Hoc sensu docuit sanctus Augustinus, quod Deus, ubi vitam largitur aeternam, propria sua dona coronat, quæ quidem doctrina passim in ejus libris occurrit, ex quibus in Capitula Epistola sancti Coelestini subiuncta, ac demum in Sessionem sextam Synodi Tridentina transfusa est.

Ibidem Augustini erroribus annumerat ejus dictum, quod Deus vitam donando aeternam, reddit solum gratiam pro gratia. Qui credat hominem, qui Theologi sibi nomen asserit, ignorare potuisse, haec ultima verba, gratiam pro gratia, esse ex Evangelio Joannis; at Augustinus illa citando, ea solum merita, quæ non sint dona Dei, exclusi. Quæ hac de re in ejus Libro de gratia, & lib. arbit. cap. 8. & 9. leguntur, fine ullo dubio Scriptura, Traditioni, ac doctrina Concilii Tridentini contentanea sunt.

Postea in eodem Libello hæc verba Augustino affinguntur: Deus reprobis suas gratias subtrahit, ut obediens cesserit. Legantur Reffosiones divi Prospere ad Excerpta Genesim; & statim patebit, Audorem hanc calumniam a Semipelagianis mutuatum esse. Hi autem illius strenue ansam sumpferant ex Libro de dono perseverantie cap. 22. num. 61. tametsi expresse confutetur eo ipso capite, cuius verba in pravum sensum detorquebant. Eo loco agit Augustinus de modo praedicanda prædestinationis. Observat autem id odioso fieri posse, cum quis, verbi gratia, diceret: Si qui obeditis, si prædestinati ejus reiciendi, subtrahent obediens vires, ut obediens cesserit. Hæc sunt verba, que Semipelagianorum calumniam locum derunt, quam Auctor Libelli nequaquam suam fecisset, si quæ sanctus Augustinus illico subiungit, attendisset; Hoc dicere, inquit, quid videur aliud esse, quam maledicere, aut mala quodammodo prophetare? Ibidem.

Eodem Capitulo idem sanctus Doctor proponit, qua ratione de justis non perseverantibus loquendū sit, cum de iis fieri inciderit. Si qui obedient, ait, sed in regnum ejus, & gloriam prædestinati non sunt, temporales sunt, nec usque in finem in eadem obedientia permanebunt. Ibidem. Quam falso, & perperam hac in re accusetur Augustinus patet ex iis, que eodem Libro habet: Voluntate sua, inquit, quisque desicit Deum, ut merito delefatur a Deo. Quis hoc negaverit? Ac deinde: Voluntate sua cadit, qui cadit, & voluntate Dei fiat, qui fiat. num. 12. num. 19.

Nihil aquæ Scriptoris ignorantiam, ac malam fidem arguit, quam quod ait, ut proberet ab

Serry Tom. V.

Augustino in materia Prædestinationis novatum esse. (Pag. 20.) Patet, inquit, ex eo, quod rotunde ait, banc sibi opinionem in discutiendo quodam Apostoli loco, revelatam fuisse.

Priorem Augustini de initio fidei sententiam, in qua errabat, cum perpetua ejus, & constanti doctrina de Gratia ad singulos actus bonos necessitate confundit Auctor Libelli. Divini auxiliū necessitatem ad initium fidei non agnovit ante Episcopatum, ut ipsem declarat in retractatione libri, quem ei opponebat Semipelagiani. Idipsum fatetur in Libro de prædestinatione Sanctorum, ubi post citatum Apostoli locum Prime ad Corinthios capite 4. verba 7. Quid autem habes, quod non accipisti? Si autem, & accipisti, quid gloriae quasi non accoperis? Hæc statim addit: Quo precipue testimonio etiam ipse corvoctus sum, cum similiter erravem, putans fidem, qua in Deum credimus, non esse donum Dei, sed a nobis esse in nobis . . . Quem meum errorem nonnulla opulcula mea faciunt indicant ante Episcopatum meum scripta, in quibus est illud . . . ubi est Expositio quarundam propositionis ex Epistola, que est ad Romanos. Libro de Prædestinatione Sanctorum c. 3. num. 7.

At certe in Libris, quos in Episcopatus sui exordio, ad Simplicianum Episcopum Mediolanensem Ecclesie scripti, nondum natam Pelagianorum hærefem, quam futuram non noverat, quasi præfocavit; prædicando gratiam, qua nos Deus liberat a malis erroribus, & moribus nostris, non precedentibus bonis meritis nostris, faciens hoc secundum gratiam misericordiam suam. Quæ sunt ejus verba, Libro de dono perseverantie capite 20. num. 52. idque adhuc confirmat sequenti capite 21. ejusdem Libri.

Observandum autem, initio capituli tertii Libri de prædestinatione Sanctorum, de quo supra tanquam ab Auctore perperam citato mentionem fecimus, unice agi de dono fidei. Et quidem eodem capite habentur hæc verba: Nondum diligenter quæsiveram, nec adhuc inventarum qualis sit elecio gratia. At non attendit, aut dissimulavit Auctor Libelli, illa ibidem ex Libro primo Retractatione afferri, quo in Libro capite 23. sanctus Augustinus retractat scriptum, cui titulus: Expositio quarundam propositionum ex Epistola, que est ad Romanos, ante Episcopatum ejus in lucem edictum, quando, uti diximus, divinum auxilium ad initium fidei necessarium esse non putabat. Patet itaque hæc verba Augustini; Nondum diligenter quæsiveram, nec adhuc inventarum qualis sit elecio gratia, pertinente ad tempus, quod ejus Episcopatum præcessit; atque adeo Scriptorem ex in alienum proflus sensum torquere, dum afferit, quod Augustinus, obscientibus eum ante circa prædestinationem, & gratiam in alia sententia fuisse, responderit id accidisse, quia nondum inventarum qualis esset elecio gratia: cum e contrario certissimum sit sanctum Doctorem in quæstione de gratuata electione minime variasse, postquam femei a Deo plenam gratiam cognitionem habuit, hoc est, ab exordio sui Episcopatus.

Neque vero ille peculiari quadam revelatione, uti Scriptor contra verum ejus sensum comminatur, sed affidit Scripturarum sacrarum meditatione, & lumine ipsiusme gratia adjutus, divini auxiliū ad initium fidei necessitatem agnovit: sic enim Deus veritatem querentibus manifestare; quo sensu dixit, sibi ad Simplicianum de varis circa gratiam questionibus scribenti, a Deo revelatum quid de divino adjutorio ad credendum necesse fuit sentiendum esset; eamque loquendi formulam non femei adhibuit, ad significandum multa circa mysterium gratiae, scrutantibus Scripturas, a Deo revelari, ut videre

P p 2 dere

dere est *Libro de Gratia*, & libero arbitrio cap.
1. & 2.

Sic deprehensa Auctoris Libelli ignorantia, & malitia, ibidem quoque pugnantia inter se loqui convincitur. Nam ubi supposuit sanctum Augustinum dixisse, sibi a Deo revelatum, quid de gratia prædestinatione sentiendum sit, statim subiungit; (Pag. 21.) *sicut esse*, *primum se bujus opinionis inventorem fuisse*, atque propria eam industria excoxitasse.

Nusquam Concilium Arauficanum secundum neque Epistolam Hormisdæ ad Possessorum memorat: sensit quippe hujus sanctæ Synodi Decretis, & responsione Hormisdæ ad consultationem dñi Episcopi, funditus everti systema suum, & quas Augustini partes in hac quaestione audet appellare, re ipsa Ecclesia Catholicae partes declarari. Quid vero ab eo exp̄ctes, qui veram Ecclesiæ Traditionem de Prædestinatione, & Gratia, ut præter titulus Libelli, exposuitur, præcipua, maximique momenti monumenta, quæ contra ipsum Augustino causam adjudicant, sup̄sumit?

Arauficani Concilii Canones tota venerantur Ecclesia: in iis præcipua doctrinæ catholicae circa gratiam, & prædestinationem capita exhibentur: ad illos condendos Patres Arauficani omnia penè verba ex variis Augustini Libris, præserunt, quos adversus Pelagianos fecit, mutuati sunt. Quis ergo non stomachetur, hanc ipsam sancti Augustini doctrinam, dissimilata tam formam approbatione, novitatis accusari?

Non veretur tamen Auctor Libelli scribere, Augustinum, statim arque opinionem suam prorulit, male tanquam novatorem audiisse; eique palam objectum, quod a Veterum sensu, & fide Ecclesiæ recederet: multa paucim adversariorum maledicta in eum conjecta refert, nec improbat: quin etiam afferere ausus est, ejus doctrina a Catholicis contradicunt; at non alios citat, quam Monachos Adrumetinos, & Vitalem Presbyterum Cathaginem. Contendit autem istos Monachos minime suspectos esse; quod quid est aliud quam eos ab errore absolvere?

Scriperat Abbas Valentinus sancto Augustino, quinque vel amplius fratres, ex data ad Sextum Epistola offensionem passos esse. In Responso (epist. 215.) autem ad Valentinius exp̄f̄t ait Augustinus, se idcirco tres Monachos, qui ipsum sententiam rogaturi convenerant, aliquanto diutius tenuisse, ut instruções ad eos redirent, aduersus novos hereticos Pelagianos, in quorum errorem cedit, qui putat secundum aliquam merita humana dari gratiam Dei, que sola hominum liberat per Dominum nostrum Jesum Christum. De istis Monachis non alio sensu loquitur *Libro 2. Reconciliationum* cap. 66.

Subiungit Auctor, Vitalem familiarem Augustino amicum, ita ejus doctrinam turbatum fuisse, ut ad eum litteras dederit, quibus se non parum ea commotus esse significaret. Id tam inscite non efficiet, si initium Epistola 217. sancti Augustini ad Vitalem legitur, ubi exp̄f̄t nota, se publico rumore didicisse, quod eo loco refert. *Quomodo dicas, quod te audio dicere, inquit, . . .* Vidisset quoque ibidem Augustinum a Vitale querare, quomodo diceret, ut recte credamus in Deum, & Evangelio confessamus, non esse donum Dei, sed hoc nōs esse a nobis, id est, ex propria voluntate, quam nobis in nostro corde non operatus est ipse? Et ad hoc cum audieris, quid est ergo, quod ait *Apostolus*: *Dens in vobis operatur, ut velle, & perficere?* Respondes per legem suam, per Scripturas suas, Deum operari, ut velinus, quas vel legimus, vel audimus, sed eis consenire

vel non consentire ita nostrum est, ut si velinus, fiat; si autem nolimus, nihil in nobis operationem Dei valere faciamus. En quales catholicos Augustino opponit Libelli Scriptor, quos constat esse, puros putos Semipelagianos.

Pot̄ tot, tantaque errata, turpiter adhuc labitur, dum toto opere non alios sancto Doctori adversarios opponit, quam Semipelagianos, quos tamen eo nomine minime designat. Primum in scenam producit Fautum Rejensem, Semipelagianorum antefiguratum, cuius Opera a Gelasio Primo Summo Pontifice proscripta sunt; deinde Gennadius Fausti, ejusque ascelarum laudatorum; postea Cassianum Presbyterorum Massiliensem ducem, Semipelagiana heresēs a sancto Proþp̄ro convictum; postrem quendam Proþp̄rum Tyronem, qui Augustinum heresēs Prædestinationis auctorem appellat. Nonne qui tales contra Augustinum testes producunt, jure merito errorum suspectos habentur, quos sanctus Doctor suis scriptis confutavit, & suis Ecclesiæ decretis condemnavit?

Quidni consulebat sanctum Hieronymum? Audiebat doctrinam Patrem his verbis scribentem Augustino, quem jam cum fidelis hostius manus conseruent, ad plenam de eis victoriā reportandam horabatur: *Epist. 195. Malle virtute, in orbe celebraris: Catolici te conditorem antique rurum fidei venerantur, atque suscipiunt; quod signum majoris gloria est, omnes hereticis defeluntur: & me pari prosequuntur odio: ut quos gloriam nequeant, vota interficiant.*

In has Hieronymi laudes suspicio adulatioñis cadere non potest. Si Scriptor hanc ejus legit Epistolam, vel ex una illa agnoscere debuit castam, omnique labe puram esse doctrinam, quam ipse tam injuriose tractat.

Concedamus ei, et si non fine aliqua ejus ignorinia, Epistolam sancti Hormisdæ Pontificis, de qua, ut diximus, ne unum quidem verbum in Libello, illi notam non fuisse: at sancti Cœlestini publicum, atque honorificissimum de Augustino jam terris erupto testimoniū haud ignoravit, quo ejus doctrina ab omni profus erroris suspicione libera declaratur. *Nec unquam bunc, inquit, sinistra suspicionis latem rumor aspergit.*

Siquidem sanctus Doctor (1. Cor. 2. v. 47. , 2. Cor. 10. v. 4. , & 5.) gratia Christi aduersari, non in persuasibilibus humanae sapientiae verbis, ut ait Apostolus, sed armis spiritualibus, omnem altitudinem extollentem se aduersus scientiam Dei destruere poteritis, oppugnavit. Scriptura, & Traditioni semper innixus, ut omnipotens Dei jus, atque imperium in cor hominis tuuit est, ita libertatem humani arbitrii intactam reliquit: hanc per peccatum debilitatam potentiori adjutorio indigere ostendit, non quod naturam destruat, sed fulciat, ac roboret: ex Scripturam oraculis ita Dei peculiarem erga electos gratiam, ac benevolentiam staruit, ut erga alios, qui ejus beneficis abutuntur, bonitatem, intra angustiores limites non coarctet. Hæc summa, & præcipua Christianæ doctrinæ capita passim in ejus libris leguntur; unde minime audiendus temerarius Scriptor, qui eum in questionibus de gratia aduersus hereticos modum excessisse contendit: & nisi quis ea, quæ Adrianus Primus Summus Pontifex circa prædestinationem declaravit, aperte rejicit, cedendum omnino Ecclesiæ judicis, & Libri Augustini ab ea summis sae laudibus commendati, debito honore recipiendi. Num semper ejus hostius in memoriam revocanda summorum Pontificum, tum veterum, tum recentiorum eacomia, quibus doctrinam ejus extulerunt?

Ex-

Extat Adriani Primi definitio in Decreto a nobis anno 1697. edito, una cum aliorum summorum Pontificum excerptis, quibus parat Apostolicam Sedem, quæ de gratia, & prædestinatione docuit Augustinus, solemniter approbasse.

Certe Scriptorem Libelli non fugit Cœlestini Epistola: ejus quippe non uno loco meminitur, at pravo, & maligno profus confilio, ut ei sciœlicet, quantum potis est, auctoritatem detrahatur. (Pag. 3.) Jam enim ab ipsa præfatione falsum ait, quod *sancus Pontifex Augustinus calpa libetaria*; & in ipso opere, illum hac celebri ad Episcopos Gallie epistola (Pag. 94.) damnasse potius, quam *absoluisse* contendit; quæ tamen attente legatur, nihil magis mente, ac verbis Cœlestini alienum dici posse statim patet.

Falso supponit, eundem sanctum Pontificem (Pag. 76.) de novis questionibus ab Augustino super gratia, & prædestinatione agitatis nihil sibi décernendum judicasse; illas non decisas reliquias, atque etiam declarasse eas neque probare velle, neque improbare: quare, inquit, de iis bucusque in utramque partem disputare licet. Mirum fane, Autorem in iis verbis, quæ Cœlestini tribuit, & quæ mala fide exscribit, propriæ temeritatis condemnationem non vidisse. Si enim Cœlestini fuit, ut ipse supponit, qui venit illi in mentem, doctrinam Augustini erroris accusare, de qua concedit, iuxta eundem Pontificem, in utramque partem disputari posse? Proprius ad veri normam locutus est, si profundiore, & difficiliore questiones, ut in laudato Capitulo legitur, non esse contempendas dixit.

Ex hoc Capitulo male intellecto perperam concludit, Cœlestinum Papam sententiam dixi Augustini non dannando, copiam facisse viris eruditis illam sustinendi, atque etiam de ea inter se, sine illa cetera, disputandi. Si haec ita essent, verum, & falsum pari loco in Ecclesia haberetur. Enim ultima Capitulo verba attente ponderanta: *Ad confitendum gratiam Dei, cuius operi, ac dignationi nihil penitus subtrahendum est, satis sufficere credimus quidquid, secundum predicas regulas, Apostolice Sedi nos scripta docuerunt; ut profus non opinemur catholicum, quod apparuit prefatis sententias esse contrarium.* Eni quomodo Capitulum Auctor gratia efficaciam simul, & dignationem commendat, non solum afferens tenendum esse quidquid ex Romanorum Pontificum Episcopis, & Africanis Conciliis in unum colligit, sed catholicum non esse quod præfatis regulis contrarium deprehenditur: quodque notandum, his verbis collectionem absolvit, ut altius Lectorum mentibus impresa remanerent, ac velut summa doctrina præmissis decem Capitulis tradite habeantur.

Sane Capitulu illi nihil aliud sunt, quam excepta Epistolarum Innocentii Primi, & Zozimi, necnon Africanorum Conciliorum ab iidem Pontificibus approbatorum. Id patet vel ex ipsa Præfatione, ubi exp̄f̄t dicitur, quod cum nonnulli, de quibus ibi agitur, in damnatis hereticorum sensibus, seu pravitate, seu imperitia demorantes, nihilominus proutferentur tantummodo ea sequi, & probare, quæ Apostolica Sedes contra inimicos gratia, per ministerium Praefulum suorum, sanxerat, & docuerat; necessarium idcirco fuerit diligenter inquirere, quid Rectores Romanæ Ecclesiæ de hereti, quæ eorum temporibus exorta fuerat, judicialiter, & contra nocentissimos liberi arbitrii defensores, quid de gratia Dei sentiendum esset, censuerint. Quantu[m] quis diligentius prædicta Capitula legerit, eo plus ita habebit, etiam aliquen, qui ex iis probare contentat, sententiam divi Augustini de prædestinatione

ne, & gratia, inter opiniones non decisas rependam. Certe contentanea omnino sunt doctrinae ab eo contra Pelagianos traditæ: unde Hormisdas Possessor monens, ut Libros sancti Doctoris consulat, si discere velit quid Romana, hoc est, Catholica Ecclesia de gratia, & libero arbitrio sequatur, & affeveret, statim certa Capitula in scribiis ecclesiasticis assertata memorat: quæ quidem non alia esse videntur, quam haec ipsa Epistola sancti Cœlestini ad Episcopos Galilæa, subiuncta.

Non debemus hic omittere, quam impudenter Auctor Libelli de locis Scriptura sancto Augustino obiectis loquens, auctor sit dicere, (Pag. 62.) eos optimè intellectos esse: eo quippe sensu, inquit, accipiebantur, quo accepti fuerant ab omnibus antiquis Patribus, id quod contra ipsum urgebant adverbari; & contrario Augustinum eos in alienum sensum derossisse; idque etiam dicendum de locis Scriptura, quos pro se afferbat; atque ita utrumque, sensu antiquæ Traditioni, ac per propria fidem Ecclesiæ contrario, intellexisse.

Quæ fronte hac garrit, cum e contra Hormisdas Pontifex Possessori scriperit, necessaria non videri Capitula, de quibus supra, & qua illi offerebat; quandoquidem, inquit, qui diligenter Apóstoli dicta considerat, quid sequi debeat, evidenter cognoscas?

Potremus Capitulorum Epistola Cœlestini ad junctorum, in quo profundiore, ac difficiliore partes incursum questionum memorantur, Africani Episcopis in Sardiniam a Traſimundo Vandolorum Rege Ariano relegatis, non erat ignotum; & tamen diserte ajunt, contra prædestinationem vero Sanctorum magne perpicacitatem esse, aliquem, vel parare, vel habere conflictum; cum Apostolice predicationi nullus audeat refragari. In Appendix Tom. X. operum sancti Augustini pag. 155.

Præclaris Antitites, & fidei confessores, post prædestinationis, & gratia capita Synodali Epistola explicata, hæc statim adjungunt: *Questionem vero animarum, aut sacram debemus relinquere, aut sine contentione trahere: quia si ex propriae veniant, sive novæ singulis corporibus sunt: quod sanctuarum Scripturarum auctoritas non manifeste pronuntiat, cum cautela debet inquiri; maxime quod sine fidei derimento potest a fidelibus ignorari.* Quibus verbis videntur significare, profundiore, ac difficiliore questiones in dicto Capitulo notatas, ad questionem de origine animæ esse referandas.

Hi pro fide fortiter exilium tolerando, in seipsum, quid in cor hominis valeat divina gratia, ostendebant, cujus vietrem potentiam in Epitola tam luculentem explicarunt. At nihil osculus illos despiciat habet petulans Scriptor, putidamque in Confessores Christi, quos inter erat divus Fulgentius, calumniam procudit. Ait quippe, Augustini discipulos, quos non veretur factionis insinuare, (Pag. 303. 304.) *doctrina Magistrorum addicito, quodam Asyliis in insula Sardinia exiles ad partes suas transisse, eisque fuisse, ut Epistola Synodali declararent, de fide esse.* Deum non nisi electos velle salvare.

Pot̄ tam indigne acceptos fidei generosos defensores, sanctum Casarium Archiepiscopum Arelatensem adorant, non alia de causa, quam quod ardencissimum se sancti Augustini patronum praestitit, atque ejus doctrinam in Concilio Arauficano Secundo, cui præsedit, conditis Canonibus confirmavit. (Pag. 105.) Ait itaque Casarii doctrina adeo turbatam fuisse Arelatensem Diœcesim, ut contra eum Valentia Synodus coacta sit, in qua fine dubio damnatus fuisse, nisi Cyprianus Episcopus Tolonenensis aliquie Antitites amici, sen-

sententiam ejus benigne explicasset. Ut fabula vanitas appareat, sat erit vitam sancti Cæsarii ab ejus discipulis scriptam consulere. (In sup. citata Appendix Pag. 262.) Ibi narratur, quod nonnulli invidi doctrinam hominis Dei circa gratiam arroderet, atque erroris suspectam reddere incassum tentarunt. Quocirca plures Episcopi Valentiam convenerunt; cumque sanctus Archiepiscopus obvaledicentem adesse non posset, multos illuc singulari virtute præditos Antitites misit, quos inter sanctus Cyprianus Tolonenensis Episcopus eminebat, qui prolatis Scripturæ facie, & sanctorum Patrum testimoniis ostendit, neminem nisi præveniente gratia excitatum viam salutis ingredi posse. Addunt idem Historici, Bonifacium Summum Pontificem turbas illas, approbatam Cæsarii doctrinam, fedasse. Nam, inquit, & beata memoria Bonifacius Romane Ecclesie Papa, eadem collatione comperta, calcata intentione purgantium, prosecutionem sancti Cæsarii Apostolica auctoritate manavit.

Sane, missa Sedi Apostolicae a sancto Cæsario hujus controversia relatione, Bonifacius Papa suo Rescripto, ejus sententiam, tanquam sanctorum Patrum, præfertimque sancti Augustini doctrinam consonam, sua auctoritate firmavit. (In eadem Appendix pag. 162.) Cum de hac re, inquit Pontifex, multi Patres, & praeterea beata recordationis Augustinus Episcopus, sed; & Majores nostri Apostolicae Sedis Antitites ita ratione probentur differuisse latissima, ut nulli ulterius debetur esse ambiguum, fidem quoque ipsam nobis venire ex gratia. . . Quapropter affectu congruo salutantes, super scriptam confessionem vestram consentaneam catholicis Patrum regulis approbamus.

Simili audacia sanctum Prosperton calumniantur Scriptor Libelli, effutens illum in sua ad Prefatory Massilienses responsione, doctrinam Magistri non defendisse, sed defensisse & non vindicasse, sed potius condemnasse: quo quid falsus, & gratia studiofissimo defensori, qui præclaris Magistri vestigia semper secutus est, injuriosius dici potuit?

Unum restabat ad summam in Augustinum injuriam, errores scilicet Vvitcleffii ei tribuere.

Auctor Libelli (Pag. 115.) post exposita Hæresarchie istius doctrinam, quam ait horrendam, ac fidei Catholice contraria apparuisse, perficita fronte addit, Augustini doctrina, in iis capitibus, que modo retulerat, planam consonam fuisse. (Pag. 114.) Atqui his Vvitcleffii capitibus a boreatis pessundatur libertas arbitrii, veteresque omnes in sanctum Doctorem calumniam renovantur. Et quidem Vvitcleffus tam venerandum nomen fibi arrogare honoris duebat: at quis nosciat, illum, ceteroque posteriori avo hereticos, suis erroribus Pauli nomen similiiter obtendere? Pergit itaque Auctor saluberrimam doctrinam a Romanis Pontificibus, totaque Ecclesia approbatam impius, & damnatus dogmatibus mutare.

(Pag. 116.) Zuinglium una cum Lutherio, & Calvinio, doctrinam Augustini ultra justos limites extendisse ait; qua in re suam magis, ac magis imperitiam prodit. Constat enim Zuinglium fuisse purum patrum Pelagianum. Itaque per errorem magistrorum haber pro discipulis, qui, mortuo Zuinglio, in controversiis de gratia Calvinum fecuti sunt.

Illi vero valde indignum, atque intolerandum existimamus, quod eo consilio editus in lucem videatur Libellus, ut motu jam pridem in Ecclesia turbæ, iterum excitantur, & in longum perennent. Id certe Auctori propositum fuit, cum ausu et scribere: (Pag. 126.) Etsi Janzenius Iprensis Episcopus nomen divi Augustini prætenderet, & quam ei tribuebat doctrinam sexenit ejus

Librorum locis clavis, & apertis probaret, . . . principia ejus theoremata, tam in Galliis, & Hispanis, quam in Italia condemnata sunt, nulla inquisitio facta an revera Augustini essent, necno. Quas vidimus solemniter datas doctrinam sancti Doctoris Ecclesia universa, summisque Pontificibus approbationes, tanquam normam pro oculis habuit Clerus Gallicanus in exorta de Libro Janzenii controverbia. Comitorum nostrorum acta legantur, ex quibus patet, Episcopos, acceptis Innocentii X., & Alexandri VII. Constitutionibus, eorum judicio accedentes, expressis verbis Augustinianam doctrinam omni labore parum declarare. Id constat ex deliberatione Cleri Gallicani, circa Constitutionem, ac Breve Innocentii Decimi, relatione, iussu generalium Comitiorum anni 1655. in lucem edita. Ut enim Clerus vanos prætextus, quibus nonnulli debitam Innocentianam Constitutionem, per Breve die 29. Septembris 1654. datum explicate, obedientiam detrectabant, penitus amputaret; hanc suam mentem tam clare, tamque luculentem aperuit, ut nullus de ejus erga sancti Augustini doctrinam studiis, ac reverentia dubitandi locus superfit. Ipsa met auctorum verba hic referre lobet: In presenti rerum statu Comitii placuit, hocce caput, ad solitum fideli, qui doctrinam sancti Augustini reverentia venerantur, clarius explicandum esse. Hi scilicet reverentia, ne doctrina illa ex Constitutione Pontificia aliquod detrimentum patiatur, quem metu nonnulli eis incutere conantur; at sperandum, subtilidos illos fideles, qui de hac re non ex se ipsis, sed tantum ex aliorum, quibus fidem adhibent, testimonio judicant, potius Cleri Gallicani, quam privatorum quorundam auctoritati concusuros; quorum privatorum eruditio, atque ingenii laus, totius Gallicana, immo universalis Ecclesie, Janzenii doctrinam aliam esse a doctrina Augustini declarantis, testimonio, nequaque preferri debet.

Ad conservandam in eum tam luculenti testimoniū memoriam, & magis ac magis inculcandum Cleri Gallicani ea de re iudicium, prior Formula ad Innocentianam Constitutionem receptionem, & subscriptionem condita fuit; cui deinde secunda adjuncta est, ad ejusdem Constitutionis, alteriusque Alexandri VII. subscriptionem procurandam. In bina autem illa Formula expresse habetur, damnam Janzenii doctrinam, ab Augustino longe distare, quem ille perperam interpretans est, & contra ejusdem Doctoris sensum.

Iisdem vestigis Clerus insitens in Comitis anni 1660. doctrinam Janzenii a doctrina sancti Augustini necessario distinguenda judicavit. Itaque memoratam utriusque Formulae clausulam perpendens, declaravit, post decretum fidei adjugatio fuisse, in modum pectoralis instructionis, qua juxta communem totius Ecclesie sensum, doctrinam Janzenii circa quinque propositiones, heretos damnari, Augustini vero approbari intelligenter.

Comitia generalia anno 1700. habita celebris sua Censura initium duxerunt condemnationem quatuor propositionum, quibus nonnulli inquieti homines geminam Innocentii, & Alexandri Constitutionem minus honorifice tractabant; at in ipso Censurae prologo monerunt: nec interim oblitioi par esse, doctrina adversus Semipelagianos a sancto Augustino tradite, quam & Ecclesia Romana suam fecit, & Ecclesia Gallicana jam inde ab initio commendavat.

Patet itaque, Clerum Gallicanum errores Janzenii in materia quinque propositionem damnando, antiquam de gratia doctrinam, in Augustini libris recte explicatam, fastam rectam voluisse. Libelli Confucinator, & qui nuper illum in lucem edidit, tam publica, tamque illusteria Ecclesiæ,

clesiæ, Clerique Gallicani in sanctum Augustinum, quem semper ut Doctorem gratia coluit, reverentia, atque honoris monumenta, ignorare, aut dissimilare non debeant.

Nemo non videt, temerariis hominibus pacis, ac veritatis inimicis propositum esse, in defensores doctrinæ sancti Augustini suspicionem Janzenii commovere. Nos eam doctrinam, ut omnes sequantur, eo sollicitius ad vigilabimus, quo a pluribus oppugnari hostibus animadvertemus; idque juxta antiquum Coelestini monitum ad Episcopos Galliæ: Resistatur talibus, quos male crevere videmus. Hanc doctrinam confat aliam omnino esse a doctrina famosarum quinque propositionum. Ut autem qui res adeo diversas permiscent, pudore suffundantur, ex una parte, quæ sanctus Ecclesiæ Doctor Augustinus de gratia docuit, sancte retineri oportet; ex altera vero sincere, ac simpliciter obedientum Constitutionibus Innocentii X., & Alexandri VII. in universa Ecclesia, præfertim Gallicana, concurrente Regia potestate, acceptis.

In nostra speciarium Diœcesi, prout in ceteris hujus Regni, cum debita reverentia, & submissione acceptæ fuerint. Jam a primis annis Episcopatus nostri, duos peraciosos Libellos, alterum inscriptum: *Pietatis christiana speculum*; alterum: *Continuatio ejusdem speculi, errores quinque propositionum Janzenianarum renovantes, debita censura notavimus: ex quo tempore non parvum nobis fuit solatium, primitas contentionum turbas in nostra Diœcesi concutisse. Conservanda huic paci, qua feliciter, laus sit Deo, nostra Diœcesis gaudet, magis, ac magis, pro viribus nostris, ad vigilabimus; quæ in re, pro debito nostro, Regia etiam voluntati duobus Edictis in Consilio statu die 23. Octobris 1668., & quinta Martii proxime elapsi lais notificata, morem geremus; atque ad tam opacatum finem consequendum, nequaque tolerabimus importuno; ac malevolos homines, qui viris bonis, doctisque, & Ecclesiastica rei studiosis vagam, & inviolatam Janzenij accusationem inferant, ex quoque nomine, quod morum corruptelis acriter infestentur; cum nos pro candore, & agitate Episcopalis Ordinis neminem pro suspecto habitu simus, nisi cum, qui aut Constitutionibus Apostolicis derribat, aut aliquam ex damnatis propositionibus tuerat: verba sunt Comitorum generalium anni 1700. hanc conservandæ pacis Ecclesiæ normam nobis præscribentium.*

Qui infaustum hunc Libellum tot erroribus plenum in lucem emisit, forte existimavit neminem fore, qui ei aperte obsticeret; atque ita simplices, ac minus harum questionum peritos fideles in fraudem inducitos, constantem, ac immutabilem Ecclesiæ de gratia, & predeterminatione fidem, quam sanctus Augustinus contra Pelagium, ejusque affectus egregie defendit, paulatim in dubium revocatur: at insolentem ejus audaciam impune abire non decet.

HIS DE CAUSSIS, post invocatum sanctum Dei nomen, damnavimus, ac damnamus Libellum inscriptum: *Vera Ecclesia Traditione de Predicatione, & Gratia*, tanquam continentem doctrinam falsam, temerariam, scandalosam, divo Augustino, aliisque sanctis Defensoribus injuriosam, evertendæ Traditioni aptam; & Vvit-

CAROLUS MAURITIUS
Arabiæ Episcopus, Dux Remensis.

*Et infra, Jussu Illustrissimi Domini
De Martigni.*

cleffii, Lutheri, aliorumque similiūm hereticorum impiis dogmatibus faventem; in principiis erroreum, & in consequentiis periculissimum: ejusque lectionem vobis, ceterisque hujusce Diœcesis fidelibus interdicimus, sub pena de jure latit.

Antequam hoc nostrum Decretum absolvamus, nostru mueris esse credimus hortari vos, fidei depositum religiose servare, (Epist. S. Jude) deplecas supercerari semel tradita sanctis fidei: celestem Scripturarum thesaurum a sacro Traditione canali nequaque separantes, sed sanctos Patres Traditionis testes, ac sequestros, debito semper honore profequentes. Quanto aliqui auctoritatē sancti Augustini minuere conantur, tanto magis admittendum, ut dignitatis gradus ipsi tot laboriosus partus, & quovis tempore ab Ecclesia assertus, conferetur. Meministe oportet, eum tanquam humilem magni Pauli discipulum, e divinis Magistri scriptis ea huius, que in præclaris ejus operibus cum tanto fructu legantur.

In Decreto nostro anni 1697. monuimus, ab iis omnino cavendum, qui a doctrina sancti Augustini aperto martyre oppugnanda pudore deterriti, oblique eam adoruntur, antecellentes Patrum sensibus contraria afferentes. Qai sic Patribus Patres oppunt, Traditionem, atque Ecclesiæ unitatem evertunt. Semipelagiani hoc prætextu errores suos defendebant, quem sanctus Augustinus vanum esse vel hac ratione ostendit, quod cum omnes, jam ab ortu christiana Religionis, una secum, totaque Ecclesia catholica, easdem ad Deum orationes funderent, eadem quoque de gratia, ejusque necessitate sentire dicendi essent.

Quamvis multa veterum Patrum scripta interiorint, ex iis, qua supersunt, evidenter patet, eos necessitatem, ac vim divini auxillii agnoscisse. Quid de hoc Baillus magnus, immo tota Orientalis Ecclesia senit, jam supra notavimus. Non minus clara est sancti Ambrosii sententia ex ejus in Evangelium Lucæ Commentariis, ubi de Samaritanis loquens, qui Christum, quia facies ejus erat eumis in Jerusalem, non receperunt, ait, (Lib. 7. in Lucam) quod si voleris, ex inde votis eos devotus fecisset: Subiungens postea, quod Deus, quos dignatur, vocat, & quoniam vult religiosum facit.

Sanctus Augustinus quoddam alios Ambrosii, itemque Cypriani, ac Gregorii Nazianzeni locos attulit, hujusce doctrinae principiis continentem, qua postea hæretes exorta occasione, fuisus, ac diligentius tractata fuit. Quanto illa attentioni meditatione ruminabit, eo magis in vobis divina gratia mysterii intelligentia simul, & amore augescet. Oramus Autorem gratiae, ut illam in corda vestra diffundat, & mentes vestras novo semper lumine illukret, ut magis, ac magis sciatis, (Ephef. 1. v. 18. 19.) que sit supernissima magnitudo virtutis ejus in nos, qui credimus, secundum operationem potentie virtutis ejus.

Mandamus, ut hoc nostrum Decretum, statim atque publicatum fuerit, in primo Theologico Facultatis hujus Urbis congreſu legatur, & in publicas ejus tabulas referatur; necnon Promotoris nostris cura per Diœcesim nostram distribuatur. Datum Remis in Palatio nostro Archiepiscopali, sub sigillo nostra Camere, & sub nostro, & Amanuensis nostri chirographo, die 15. Octobris anno 1703.